

2 Commentaria in Acta Apostol.

Historia Apostolorum Beatorum, quam collegit Sanctus Dominus meus Evangelista. Quis, & qualis esset D. Lucas natione, arte, ingenio, sapientia mira, & admirabili, ferventique charitates ac de multis aliis ejus excellentiis jam tractavi tom. 1. in Evangelia in Prolog. cap. 5. tom. 1. in Apocalypsim cap. 4. q. 3. & in Opusc. 1. resol. 5. q. 8.

7. Et quamvis D. Lucas scripsisset suum Evangelium Theophilo suo amicissimo, illustrissimo Senatori Viro, vel Principi, seu Praesuli alicujus Provinciae, vel Episcopo, ut alii tenent, Antiocheno, tamen non omnia uno in volumine coadunavit, sed separatim scripsit, juxta varia argumenta: Evangelium agit de admirabilibus Christi operibus; Acta vero de magnis Apostolorum factis per octo supra viginti capita.

Quo idiomate scriptus est Liber.

8. Nemo Graeco idiomate dubitat D. Lucam scripsisse, sed omnes fatentur, ut testatur D. Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis, & epist. 145. in quo erat peritissimus, utpote patrio sermone utens, nec obstat, quod ubi Constantino Imperatore ad annum Christi 327. vel 370. ut refert Baronius Anual. tom. 3. ex D. Epiphano haeresi 30. in quodam Gazophylacio repertus fuit hic Liber Actorum scriptus Hebraico idiomate; nam facile fieri poterit, quod aliquis in gratiam Gentis Hebraeae ex Graeco in Hebraeam transfulerit, sicut ex Graeco translatus est in Latinum.

Quo anno, ac loco, hic Liber scriptus sit.

9. D. Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis, ait: Lucas aliud quoque edidit volumen egyptium, quo titulo Acta Apostolorum praenotantur, cujus historia usque ad biennium Romae commorantis Pauli pervenit, id est usque ad quartam Neronis annum, ex quo intelligimus in eadem Urbe librum esse compositum. D. Lucas initium dedit huic libro ab Ascensione Christi in Coelum, quae contigit 34. ejusdem, & narrando pervenit usque ad annum quartum Neronis juxta D. Hieronymum, & Christi sexagesimum, Baronius contendit ad annum quintum Neronis, sexagesimum primum Christi D. sive sit hoc anno, sive illo haec historia Actorum Apostolorum, ut patet ex cap. ultimo vers. 30. pervenit usque ad biennium carceris D. Pauli, quo completo noster Evangelista D. Lucas, ex D. Pauli mandato, ac persuasione, ut refert D. Epiphanius haeresi 51. profectus est ad praedicandum Evangelium per varias mundi partes.

Liber iste Canonicus.

10. Multa falsa, iniqua, ac apocrypha prodierunt ab Haereticis circa gesta Apostolorum quod partim amore Pauli, partim odio nascentis Ecclesiae, cujus incunabula hic videntur; partim ut arrogantia, & sinistra, & falsa usurpatione nominis Spiritus sancti suis erroribus patrocinarentur, & Sanctam, & Apostolicam doctrinam labefactare conarentur; quos omnes errores damnat, & condemnat Gelasius Papa, dist. 15. cap. Sancta Romana Ecclesia, & communiter Sancti Patres, D. Augustin. D. Epiphanius. D. Athanasius. D. Cyril. Jerosolym. Tertull. Euseb. & alii, quos refert Barbofa ad citat. cap.

11. Sancta ac Apostolica fides tenet hunc librum esse Sanctum, verum, ac Canonicum, in multis Conciliis Carthaginensi tertio, Florentino, ac Tridentino; Sess. 4. de libris Canoniceis: & praeclearissimi Patres, magna in eo dederunt commentaria, & passim ab omnibus Sanctis Patribus hic liber citatur, ac refertur, utpote magnae autoritatis, & ut infallibilis, ac Canonice veritatis.

Magna dignitas, ac utilitas hujus Libri.

12. Pro hac re audiendus D. Hieron. in sua Epistola ad Laetam, praecipua dans pro filio-la Paula, ut Apostolorum Acta, & Epistolae, toto corde imbibat voluntate, nam haec pia, & sancta Historia, magno fructu est abundans; nam ex ea magna consiliorum forma, & usus colligitur; Sacramentorum frequentia exhortatur; terrenorum contemptus admonetur: fortitudinis, ac patientiae in toleranda morte pro Christo ac tribulationibus tolerandis praeclearissima exempla proponuntur; Ecclesiaeque persecutorum multiplices modi, ac technae deteguntur; & multa, ac magna documenta pro sancta fide Catholica confirmanda traduntur, ex quo admonet D. Chrysof. hom. 1. in Acta ait: Reliquae Scripturae lectio frequentanda, sed hujusmodi, scilicet Actorum, in primis, & Evangeliorum, quae cum doctrinae utilitate historiae suavitatem conjunctam habent; & valde indecens est majorum res gestas ignorare, quando magis indignum est sacrorum Apostolorum, qui sunt Patres, ac conditores Ecclesiae, ac primi progenitores generis Christiani, praeclearissima facta contemnere, ac dignissimum est ea semper praec oculis habere. Vide citatum, primum resol. 5. q. 8.

CAPUT I.

- 1. Primum quidem sermonem feci de omnibus, & Theophile, quae cepit Jesus facere & docere.
2. Usque in diem, quae praecipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est.
3. Quibus, & praeavit seipsum vivum post passionem suam.

Cap. Primum, Vers. 1. & 2.

- suam in multis argumentis, per dies quadraginta apprensus eis, & loquens de regno Dei.
4. Et convalescens praecipit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit) per os meum.
5. Quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.
6. Igitur qui convenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?
7. Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate.
8. Sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierosolymis, & in omni Judaea & Samaria, & usque ad ultimum terrae.
9. Et cum haec dixisset, videntibus illis, elevatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum.
10. Cumque intuerentur in Coelum euntem illum, ecce duo viri absterunt juxta illos in vestibus albis.
11. Qui, & dixerunt: Viri Galilaei, quid statis aspicientes in Coelum? hic Jesus qui assumptus est a vobis in Coelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in Coelum.
12. Tunc reversi sunt Hierosolymam a monte, qui vocatur Oliveti, qui est juxta Hierosolymam, Sabbati habens iter.
13. Et cum introissent in Coenaculum, ascenderunt ubi manebant Petrus & Joannes, Iacobus, & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomaeus, & Mattheus, Iacobus Alphaei, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi.
14. Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Jesu, & fratribus ejus.

- 15. In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit (erat autem turba hominum simul sedecentum viginti.)
16. Viri fratres oportet impleri scripturam, quam praedixit Spiritus sanctus per os David de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum.
17. Qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerii hujus.
18. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera ejus.
19. Et notum factum est omnibus habitantibus Hierosolymam, ut appellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldama, hoc est, ager sanguinis.
20. Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui habitet in eis, & Episcopatum ejus accipiat alter.
21. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit, & exiit inter nos Dominus Jesus.
22. Incipiens a baptismo Joannis usque in diem, quae assumptus est a nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis.
23. Et statuerunt duos: Joseph, qui vocabatur Barfabas, qui cognominatus est Justus, & Matthias.
24. Et orantes dixerunt: Tu Domine qui corda nostri omnia, ostende quem elegeris ex his duobus unum:
25. Accipere locum ministerii hujus, & Apostolatuum: de quo praevaticatus est Iudas, ut abiret in locum suum.
26. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthias, & annumeratus est cum undecim Apostolis.



ARGUMENTUM.

APUT hoc in duas partes dividitur: in prima narratur admirabilis Christi D. Ascensio in Coelum aspicientibus Apostolis: In secunda refertur electio D. Matthias in Apostolatam per sortem designatam ab Spiritu sancto.

Vers. 1. Primum quidem sermonem feci de omnibus, & Theophile, quae cepit Jesus facere, & docere.
Vers. 2. Usque in diem, quae praecipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est.

Arabicus. Ascendit in altum se ferens.
Aethiopicus. Usque in diem in qua ascendebat, praecipiens Apostolis ejus, quos elegerat.
Idacius lib. 3. contra Varimond. In die qua Apostolos elegit per Spiritum sanctum praedicare Evangelium.

VERSIONES.

Vers. 1. Syriacus. Scriptam primum, &c. quae cepit Jesus Dominus noster missa facere.
Quidam ex Graeco. Primum sane certe verbum feci.
Aethiopicus. Librum primum scripsi, &c. quae cepit Jesus nuntiare, & docere.
Vatabl. Superiore quidem volumine diximus.
Arabicus. Primum quidem concripsi de rebus.
D. Chrysof. Quae fecit Jesus, & docuit.
Vers. 2. Syriacus. Usque in diem illum, quo ascendit postquam praecipisset Apostolis per Spiritum sanctum.
Alter Syriacus. In diem illum, postquam sublatu est, &c. quo cohortatus est.

EXPOSITIO I.

Primum. In presenti non est adverbium, sed adjectivum, & connectitur cum sermone, id est primum sermonem; Syriacus vertit librum.
Vatabl. volumen, alii verbum; & refertur, ad Evangelium ab ipsomet Evangelista D. Luca conscriptum.
Quidam. Juxta Thesaurum linguarum Graecarum, Salmeron. & Lorin. sua radice Graeca, idem valet ac certe, sane; tamen stando cum nostra vulgata, idem valet, ac autem; & in exordio sermonis, multam indicat illius majestatem, ac sublimitatem, & implicite priorem cum posteriori adnectit, ac colligit, ac si dicat: Primum quidem sermonem feci de vita, ac operibus Christi in Evangelio; nunc vero, tanquam posteriorem, ac subsequentem de vita, ac gestis Apostolorum ipsius Jesu Christi.

O Theophile. Vir sane illustrissimus, ac clarissimus.



mus, & intimus amicus nostri sacri Evangelistae. De omnibus; non quod intendat D. Lucas se scriptur...

Caietan.

3.

Vsq; in diem, qua praeceptis Apostolis per Spiritum sanctum, maxime dubitatur, ad quid pertineat...

D. Chryf.

Math. 3.

quod baptizabat in Spiritu sancto. Matth. 3. n. 1. 2. sic ipse Christus D. ait de se: Spiritus Domini super me...

Luc. 4.

Hebr. 9.

Luc. 4. n. 18. & D. Paulus ait: Christus D. per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculato Deo. Hebraeo 9. num. 14.

QUAESTIO I.

Quis sit Theophilus, & quare Evangelista hic non optimum appellat, sicut in exordio, sui Evangelij?

4. S. Salv.

IN hoc Theophyli nomine multiplex est opinio. Primo S. Salvianus Epist. ad Salonium, Theophylum vertit, ac pro eo legit: Dei amorem, tanquam, ac si suum librum dedicasset, ac consecrasset amori Dei...

Origen.

D. Ambr.

D. Epiph.

Boften.

5.

D. Chryf.

Euthym.

Caietan.

Beaux.

Quarta, & vera sententia est, Theophyli non esse nomen commune, sed certae, ac determinatae personae singularis, ita D. Chrysof. Theophyl. Euthym. Caietan. & in Lucam Toletus noster, Beauxam, & alij; & optime probatur ex text. D. Luc. cap. 1. Evangelij. Ubi ait: Ex ordine tibi scribere, Optime Theophyle, ut cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem. Illud: Optime: Graece habetur: Potentissime: quod non dicitur de quolibet homine valde particulari. Deinde illa verba in singulari: Tibi ut cognoscas: singularem, & particularem hominem indicant; deinde illud: de quibus eruditus es: non cuilibet homini fideli adaptatur cum sit verbum praeteriti temporis.

Nomen certae personae.

6. Quis Theophilus?

Dubitatur tamen, quis fuerit iste Theophilus? Oecumenius, Euthymius existimant fuisse Principem, vel Praesidem, seu Praefectum ordinis Senatorij, hoc videtur indicare illud epithetum, apud Evangelium D. Lucae: Optime Theophyle: Illud: optime, Graece habetur: Potentissime: quod Principi, aut praefecto Senatorij ordinis convenit. Hinc à D. Paulo Felix, & Faustus praesides vocantur optime; Optime Felix. Act. 24. n. 3. & optime Fauste. Act. 26. n. 25. Nicephorus lib. 3. cap. 25. & Lira hoc loco existimant Episcopum fuisse Asiae; & in constitutionibus Clementis lib. 7. cap. 47. fit mentio eujusdam Theophyli Episcopi; & hac opinione supposita potest conjecturari, cur D. Lucas in Evangelio eum vocat optimum: quia nomen dabatur praesidi, cujus munus tunc gerebat. nunc vero Episcopus factus Christi humilitatem sectabatur, & ideo modo in Actis tale epithetum omisit, vel in Evangelio tanquam in primo opere, tanquam benevolentiae, ac venerationis gratia, eum optimum: id est, praestantissimum appellat, non vero nunc in Actis, ne tanta repetitione nominis adulari videretur; Lucas in hoc Christi D. secutus exemplum, qui semel Petrum dixit beatum, Matthaei 16. semelque Joannem, & Jacobum vocat: Boanerges id est filios Tonitruum. Dubitat vero D. August. lib. 4. de consens. Evangel. cap. 8. an iste Theophylus sit idem, ac ille, cui Evangelium scripserit, tam certum videtur esse, ut hoc denotare videatur D. Lucas cum in exordio hujus libri Actorum mentionem faciat de Evangelio à se scripto. Primum quidem sermonem feci, & Theophyle, &c.

QUAESTIO II.

Quare D. Lucas suum Evangelium non vocat Evangelium, sed sermonem, seu verbum?

AIT D. Lucas: Primum quidem sermonem feci; seu, ut alij legunt: Primum quidem verbum: intelligens suum Evangelium à se conscriptum, cur non ipsum suo proprio nomine, vocat Evangelium; sicut D. Marcus fecit in suo exordio dicens: Initium Evangelij Jesu Christi filij Dei Marci. n. 1.

Respondet primò D. Chrysof. hoc loco, & ait: Non dicit prius Evangelium, quod, evangelii nomen, sed priorem quidem sermonem feci; nimirum Evangelij praedicationem, magnificentius quidem esse ducens, quam pro ipsius dignitate, aut viribus. Et tamen Apostolus ornata hoc titulo, cuius laus est in Evangelio: sciebat noster Evangelista, quod nomen Evangelij est quid sublimè, & altum, illo quidem usi sunt Angeli in sacra Nativitatis nocte ad Pastores: ecce evangelizo vobis gaudium magnum Luc. 2. n. 10. inde modestiae causa non audeat tantum nomen suo operi apponere; illudque tam magnificentius nobilitate, inde divina providentiâ factum est, ut non solum Apostolus Paulus nomine Evangelij valeat ipsum ipsius opus illustrare, sed ut inter cetera Evangelia tam magnificentius sublimare, & extollere, ut peculiariter de Luca volumine adstruatur, cujus laus, magnificentia, ac excellentia est in Evangelio. Cor. 1.

Secundò. Non dicit D. Lucas Evangelium, sed sermonem, seu verbum, quia cum in Evangelio scribantur Christi D. virtutes, opera, doctrinae documenta, quae ob suam multitudinem, magnitudinem, amplitudinem tot, & tanta sunt, ut quidquid dicatur tam paucum, ac strictum videtur, ut unum verbum, unus sermo dicatur, inde Apostolus Roman. 9. n. 28. referens locum Isaiae 10. n. 23. ait: Verbum abbreviatum faciet Dominus super terram: Quod de verbo Evangelico, ac fidei doctrina interpretatur Origenes

Origen. Evangelium videtur unum verbum respectu tantum Christi operum. D. Aug. Ansel. D. Dion. nes ad locum, ait: Potest verbum abbreviatum dici fides symboli, qua credentibus traditur, in qua totius mysterij summa, paucis nexa sermonibus continetur. Idem docent D. August. Oecumen. Anselm. Unde dicebat S. Bartholomaeus Apostolus, ut de eo scribit. S. Dionys. Areopagita de mystica Theologia cap. 1. Theologiam esse magnam & parvam, atque Evangelium esse amplum & grande, simul breve, & concisum, scilicet breve verbis, ac literis; amplum rebus, mysteriis, documentis, ac omnium virtutum genere.

Tertio Oecumenius hoc loco, sic ait. Sermonem priorem librum dixit, non Evangelium, cum Paulus suum vocat Evangelium, 2. Timoth. 2. Ubi ait: juxta Evangelium meum. Nam arrogantiam ubique fugiunt: Lucas ex modestia suum librum non vocat Evangelium; Paulus vero ex humilitate Evangelium dicit, quia altam doctrinam, quam ibi dabat de Christi resurrectione ex semine David inuens ex Evangelio Lucae esse desumptam, potius quam à se prolatam; Ubique arrogantiam fugiunt; unus non dicens suum librum Evangelium; alius vero suam doctrinam non dicens Evangelium, sed ex Evangelio alterius; & inde sub diversis actionibus dum unus negat suo operi nomen Evangelij, & alius affirmans profert, nitet summa humilitas; Ubique arrogantiam fugiunt.

Cum Jacob lassus in itinere jaceret: Vidit in somnis scalam statam super terram, & cacumen illius tangens caelos; Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes super eam, & Dominum immixtum scale, Gen. 28. num. 12. Ad quae verba D. Augustin. in Catena apud Lipom. probans Christi divinitatem sic ait: Quod Jacob per figuram viderat, hoc de se Dominus praedicat, videbitis, inquit, caelos apertos, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes ad filium hominis, Joa. 1. n. 51. Si ad filium hominis Angeli descendebant, quia in terris erat, quomodo ipsi Angeli, ascendebant ad filium hominis, nisi quia in caelis erat. Angeli venerantes Christi D. divinitatem ascendunt, & descendunt super filium hominis, & quomodo hoc fieri potest tam diversis, ac repugnantibus actionibus? nam ascensus opponitur descensui; & vice versa? quomodo illi divinitatem Christi venerantur, & praedicant? Ascendunt, & descendunt super filium hominis. Ascendunt, eum agnoscentes in caelo; Descendunt, recognoscentes eum in terra; Ac ubique Deum esse continent: Ad filium hominis Angeli descendebant, quia in terris erat; quomodo ipsi Angeli ascendebant ad filium hominis, nisi quia in caelis erat.

Gen. 28. D. August.

Joan. 1.

13. 14. Ita scribit D. Joan. Evangelista c. 21. n. 25. loquens de Christi operibus, ait, quae si scriberentur per singula, nec ipse mundus capere posset eos, qui scribendi sunt libri: ex quo clarè patet, quod omnes Evangelistae simul juncti, multa de Christo D. siluerunt: & solum scripserunt ea, quae sufficiebant ad fidem Christi reconciliandam, ac ad ejus doctrinam, vitamque explicandam.

Respondet primò ad quaestionem juxta communem sententiam SS. Patrum, D. Hieron. D. August. Origeni & aliorum, quos retuli tom. 6. in Evangelia ad cap. 1. Luc. q. 1. per totam quod propositiones universales in sacra Scriptura non significant omnimodam universalitatem, sed magnam partem, ut illud. Reg.

2. Reg. 15.

15. 16. Quomodo D. Lucas dicat se sermonem facere de omnibus, quae cepit Jesus facere, & docere. Cum Joannes dicat quod si per singula scriberentur, totus mundus libros capere non posset.

Quartò Valde communiter notatum est: Cepit facere, ac docere; quod prius dicitur facere, quam docere, facta dictis praecurrebant. Graviter tamen Oecumenius exponit locum, & ait: Cepit facere, & docere; Quonia Jesus per ea, quae operabatur, admonerat. Multa alta & sublimia Christus aperiens os suum docebat, tot, & tam praclarissimis sermonibus, ut habentur in Evangelio, ac efficacissimâ Christi doctrinâ, quae cunctis Christianam virtutem persuadebat. Altè, & profundè inquit D. Chrysolog. Ser. 1. 1. 8. qualiter Christus D. Magis, quos ex Oriente ducebat, voluit persuadere virtutem, sanctitatem, & rerum contemptum, Scribit D. Math. 2. n. 11. Intrans domum, invenerunt puerum cum Maria matre ipsius.

17. 18. Cum narratur operis inchoatio, Orans Christus D. in Cenaculo, ait: Pater, ego te clarificavi super terram, opus consummavi, quod de summano disti mihi, ut faciam. Ioan. 17. n. 4. Quomodo ait Christus opus consummari. Cum adhuc restaret crucis mors in qua redemptionis opus completum est, & inde ipse jam moriturus in cruce clamat: consummatum est, quo ergo sensu ante mortem testificat se omnia consummasse. Theophylact. ait, quia fecit, quod maximum omnium, & vadicem bonorum omnium subministravit, Demone victo, & se obiecto, voracissima bestia. Obiecit se Christus vehementissimo desiderio morti, idem valet, ac si jam spiritum morte exhalasset, & inde rectè ait: opus consummari: eodem verbo utens, ac quando pendens in cruce dixit consummatus est; nam in viro praecellso, idem est operis inchoatio, ac illius consummatio, ac illius summa perfectio.

Tertio Anselmus Laudun. in Glossa ait: Quae cepit Jesus facere, & docere; quia omnia, quae fecit, & docuit, inchoatio quaedam fuit, eadem postea Apostolis faciendis, & docendis, & eorum sequacibus; non ait Evangelista se scribere de omnibus, quae Jesus fecit, & docuit, sed de his, quae cepit; nam et si Christi D. operatio in semetipsa perfectissima sit, tamen inchoatio quaedam fuit; ut postea Apostoli eorumque sequaces Christum imitantes faciant; nam Christus D. suâ doctrinâ, suâ exëplo, suâ gratiâ in nobis incipit opus boni, ut nos cooperando illud perficiamus ad meritum ac salutem. Praepotens ille homo, qui peregrè proficiscens, pecuniam impertit per servos suos, ad famulum desidem, ac inutilem, qui talentum sibi traditum abscondit, & nihil lucratus est, ait Dominus: Oportuit te committere pecuniam meam numularatione per vii, & veniens ego recepissem utique quod meum est faciat. cum usura. Matth. 25. n. 27. ex talento dato, quantum est haec usura, quam Christus D. tam avidè expetit, negotiatio nempe nostri operis ex talento, dono gratiae accepto, quod Deus largitur, non ut otiosè desides simus, sed ut multiplicato talento magnum negotium faciamus, ad meritum, ac salutem. Theophyl. Antioch. lib. 1. in Evang. Recepissem utique quod meum est, cum usura; unde sciendum est quia spiritalis pecunia usura, exercitium est boni operis, exercitium boni operis usura est, ex dono accepto ex Gratia Dei.

19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.